

vilegio, aut concessione apostolica in genere, vel in specie, ac tam conjunctim, quam divisim, seu aliis quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, dummodo tamen sint in usu, & non sint revocata, aut sub aliquibus revocationibus comprehensa, ac Sacris Canonibus, & Concilii Tridentini decretis non adversentur, Congregationi Coelestinorum predicta, illiusque Generali, ac ceteris Abbatibus, Prioribus, & aliis quocumque nomine nuncupatis Superioribus, Monachis, & personis regularibus quibuscumque, nec non Monasteriis, Ecclesiis, Domibus, Conventibus, & Locis regularibus quibuslibet, tenore presentium perpetuo concedimus, dictaque privilegia, indulta, immunitates, exemptiones, ac gratias spirituales, & temporales hujusmodi primodictae Congregationi, illiusque Generali, ceterisque Abbatibus, Prioribus, Monachis, & personis predictis, nec non Ecclesiis, Monasteriis, & regularibus locis communicamus, illaque ad eos, & illa extendimus; Ita quod Congregatio Coelestinorum predicta, illiusque Generalis, & ceteri Abbates, Superiores, Monachi, & persona hujusmodi, eorumque Monasteria, Prioratus, Grangiae, Domus, Ecclesiae, Oratoria, Collegia, & alia loca regularia, necnon res, & bona quaecumque praemissis omnibus, & singulis non solum ad aliarum Congregationum instar, sed pariformiter, & aequae principaliter uti, potiri, & gaudere libere, & licite valeant, perinde ac si omnia illis, & eorum singulis specialiter, & expresse, & non ad instar, sed a principio concessa, & in primodictae Congregationis favorem a Sede Apostolica nominatim emanassent.

§.2. Decernentes, praesentes literas nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, aut alio quopiam defectu notari, impugnari, redargui, seu infringi, aut in jus, vel controversiam revocari posse, sed eas semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Congregationi Coelestinorum hujusmodi, illiusque personis, & locis regularibus supra expressis in omnibus, & per omnia plenissime suffragari.

§.3. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores ubique judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Quocirca Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque locorum Ordinariis quibuscumque, nec non dilecto filio Causarum Curiae Camerae Apostolicae Generali Auditori per praesentes committimus, & mandamus, quatenus quilibet eorum, quandocumque per se, vel alium, seu alios, praesentes li-

Clausula.

Decretum irritans addit.

Judices Conservatores dati.

teras, & in eis contenta quaecumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Abbatis Generalis, & Monachorum Congregationis Coelestinorum Ordinis Sancti Benedicti praedictorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes faciant auctoritate nostra, eisdem plenum eorum effectum sortiri, illisque omnes, quos concernunt, pacifice frui, & gaudere; non permittentes, quemquam desuper contra praesentium tenorem sub quovis praetextu, & causa, etiam defectu intentionis nostrae, per quoscumque quomodolibet indebite molestari: quinimo quicquid in contrarium attentari, vel fieri contingerit, omnino semper in pristinum reponi; Contradictores quoscumque, & rebelles etiam per quascumque, de quibusvis eis videbitur, censuras, & poenas ecclesiasticas, ac alia opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, legitimeque super his habendis servatis processibus, censuras, & poenas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§.5. Non obstantibus praemissis, ac pia memoria Bonifacii Papae Octavi, etiam Praedecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate praesentium ad iudicium non trahatur, aliisque Apostolicis Constitutionibus, Ordinationibus, ac Ordinum, & Congregationum hujusmodi statutis, & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis quomodolibet etiam pluries concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, etiam quod in eis caveatur expresse, quod illis nullatenus, aut non nisi sub certis modo, & forma derogari possit; tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, praesentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, vel divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per Literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

§.6. Verum, quia difficile foret, praesentes Literas, ubicumque opus esset, deferri; volumus;

Obstantia tolluntur.

Transumptis danda fides.

volimus; & pari auctoritate decernimus, quod illarum transumptis, etiam impressis, manualicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate ecclesiastica, constitutae munitis, eadem proflus fides adhibeatur, quae praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Dar. die 14. Augusti 1624. An. II.

Datum Romae apud S. Mariam Majoris sub Annulo Piscatoris, die 14. Augusti 1624. Pontificatus nostri Anno II.

Sequitur facultas concessa Abbati Generali eas faciendi functiones, quas alii Abbates exempti facere consueverunt, hahituque Praelatorum Regularium, & in Monasteriis suis Ordinis pontificalibus indumentis utendi, ac Missas solemniter celebrandi, &c.

PAULUS PAPA V.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

EX injuncto Nobis Apostolici muneris debito jus suum unicuique conservare tenemur.

Celestinus PP. V. Abbatum hujus Congregationis Indultum excoecendi Pontificalia concessit.

§.1. Proinde cum, sicut pro parte dilecti filii Celsi Romani Abbatis Generalis Congregationis Coelestinorum Ordinis Sancti Benedicti Nobis nuper expositum fuit, ex antiquo privilegio apostolico a fel. recore. Coelestino Papa V. nimirum concessio, & ab Eugenio IV. & aliis Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris confirmato, pro tempore existens, Abbas Generalis dictae Congregationis Coelestinorum functiones omnes, quas ceteri omnes Abbates exempti faciunt, & exercere, ficeret, necnon semper tam in Urbe, quam in omnibus aliis Civitatibus, & ubique locorum habitum Praelatorum Regularium, caputium scilicet, sive mozzettam super mantelletto, & biretum quadratum, more Clericorum saecularium, ac pileum more Praelatorum, ac in Ecclesiis, & Monasteriis suo Ordini subiectis cappa, baculo, mitra, & ceteris Pontificalibus indumentis uti, & in eisdem Ecclesiis missas solemniter more aliorum Abbatum Benedictinorum celebrare, ac Monachis sui Ordinis, & aliis Christi fidelibus quibuscumque ad dicti Abbatis Missas audientias convenientibus, & interessentibus, quandocumque Episcopi, & alii Superiores Praelati, & S. R. E. Cardinales ibi praesentes non sint, solemnem benedictionem imperitari possint, & consueverint: cumque in Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium super sacris Ritibus, & Ceremoniis deputatorum, examinatis privilegiis supradictis, decretum semel atque iterum fuerit, praedictum Abbatem Generalem Congregationis Coelestinorum pro tempore existentem in pacifica possessione omnium, & singulorum praemissorum manutene. esse: illumque a quovis Episcopo, vel Ordinario locorum, aut eorum Vicariis, & aliis quibuscumque personis super praemissis molestari, perturbari, vel inquietari non posse declaratum fuerit;

Et subinde Cong. Rituum in possessione manutene. nendum esse decrevit.

& cum sicut eadem expositio subjungebat, ipse Celsus Abbas pro majori eorumdem decretorum validitate cupiat, illa confirmationis Apostolicae robore communiri;

§.2. Nos illius honestis votis benigne annuentes, ac ipsum Celsum Abbatem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine super hoc Nobis humiliter porrectis inclinati, Decreta eiusdem Congregationis auctoritate apostolica tenore praesentium confirmantes, & approbantes, juxta illorum seriem per easdem praesentes decernimus, & declaramus, praedictum Celsum modernum Abbatem Congregationis Coelestinorum, ejusque successores, stante antiqua possessione dicti Abbatis, & praedecessorum praedicta faciendi, & exercendi, in pacifica possessione omnium, & singulorum praemissorum manutene. esse, ac manutene. esse, nec illos, aut quempiam illorum a quovis Episcopo, vel Ordinario locorum, aut eorum Vicariis, & aliis quibuscumque personis desuper quovis praetextu molestari, perturbari, vel inquietari nullatenus posse.

Hec omnia confirmat Paulus PP. V.

Clausula.

§.3. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, irritumque, & inane quicquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Quocirca dilectis filiis nunc, & pro tempore existentibus ejusmodi Congregationis apud nos, & Apostolicam Sedem Protectori, & causarum Curiae Camerae Apostolicae Generali Auditori per praesentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel alter eorum praesentes Literas, & in eis contenta quaecumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte dicti Celsi moderni, aut pro tempore existentis Abbatis Generalis dictae Congregationis fuerint requisiti, solemniter publicantes, ac ipsi Abbati in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra illum eorumdem praemissorum effectum pacifice frui, & gaudere; non permittentes, illum desuper a quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebite molestari: contradictores quoscumque per censuras, & poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Executores designati.

Derogatio contrarium.

§.5. Non obstantibus fel. rec. Bonifacii Papa VIII. etiam Praedecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate praesentium ad iudicium non trahatur, aliisque Apostolicis Constitutionibus,

de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis postea, vel alio quovis defectu notari, & impugnari, redargui, infringi, retractari, in jus, vel controversiam vocari, ad terminos juris reduci, aut contra eas quodvis gratia, vel iustitia remedium impetrari, seu concedi nullatenus posse, sed eas, ac omnia, & singula in eis contenta semper, & perpetuo valida, & firma, & efficacia esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit, inviolabiliter observari, sicque, & non aliter, per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Nuntios, quavis auctoritate fungen-, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executores huiusmodi Constitutionis deputatio.

§.4. Quocirca Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episc. & aliis locorum Ordinariis per presentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios, presentes Literas, & in eis contenta quacumque solemniter publicantes, faciant illas, & illa ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari; contraditores quoslibet, & rebelles per censuras, & penas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Contra hanc collaturam.

§.5. Non obstantibus praemissis, ac regula nostra de iure quae non tollent, & rec. mem. Bonifacii Papae VIII. similiter Praedecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate praesentium ad iudicium non trahatur, aliisque constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac quorumcumque Ordinum, Congregationum, Societatum, & Institutum regularium, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, etiam Mare magnum, vel alias quomodolibet nuncupatis, & Literis Apostolicis, illis, eorumque Superioribus, & personis sub quibuscumque ten., & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritan-, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam Motu proprio, & consistorialiter, ac alias in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & saepius innovatis, Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis ten. specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas gene-

rales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum omnium ten. praesentibus, pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Publicatio Romae facta omnes afficit.

§.6. Volumus autem, quod eadem praesentes in Valvis Basilicarum S. Joannis Lateranen., & Principis Apostolorum de Urbe, ac in acie Campi Flora, ut moris est, affixa, omnes, quos illa concernunt, ita astant, & afficiant, perinde ac si unicuique personaliter intimata fuissent.

Transumptorum fides.

§.7. Quodque earumdem praesentium transumptis etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constituta munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Dat. die 28. Aug. 1624. An. II.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die vigesima octava Augusti 1624., Pontificatus nostri Anno II.

Anno 1624. Indit. 7. Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris & D. N. D. Urbani divina providentia Papae VIII. anno ejus secundo, die vero ultima mensis Augusti, retroscripta Literae Apostolicae affixae, & publicatae fuerunt ad valvas Basilicarum S. Joannis Lateranen. & Principis Apostolorum, ac in acie Campi Flora, ut moris est, per nos Camillum Fundatum de Cesis, & Julium Marzippellum, praebatos S. S. D. N. Papae Curf. &c.

Brandimartes Latinus pro Mag. DD. Cursor.

LXXVII.

De Regularibus Apostatis, & Ejectis, ac de innovatione, declaratione, & observantia generalium decretorum, quae Clemens VIII. pro Regularium reformatione, Novitiorumque receptione edidit.

Quoad Apostatas, & extra Clausura Religionum vagantes, edita olim fuit a Paulo IV. Const. XXI. Tom. IV. Par. I. fol. 343. quae tamen ad terminos juris redacta fuit.

Decreta Sacrae Congregationis Concilii de Regularibus Apostatis, & Ejectis.

Causae hae edendi Decreta.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, Regularium ejectorum, & fugitivorum statui consulere, illorumque scandala summovere, & succrescentem numerum frangere operae pretium existimans, auditis Religionum Superior-

ricibus, reque diligentissime perpena, communicato etiam consilio cum Sanctissimo Domino Nostro Urbano VIII., atque ex peculiari Sanctitatis Suae facultate, infra scripta decreta edidit.

S. Congreg. Concilii innovat Constitut. Clem. VIII.

§.1. Ac primo, ut infecta femina, e quibus pravi ejusmodi fructus potissimum prodeunt, deinceps ne serantur in vinea Domini, censuit, esse innovandas, & Sanctissimi auctoritate innovat Constitutiones, & Decreta generalia sanct. mem. Clementis VIII. ad Regularium reformationem, ad Novitiorum receptionem, professionem, atque institutionem spectantia, districtaque praecipit Generalibus, atque aliis omnibus Ordinum Superioribus, ut illa exacte observent, atque, ut observentur, efficiant, sub poenis statutis in iisdem Constitutionibus.

Exceptio capituli de Novitiis per Ordinarios approbandis.

§.2. A quibus tamen excipiendum censuit, caput illud, quo decernitur, ne in Conventibus, seu Monasteriis ad Novitios recipiendos haecenus designatis, & approbatis, seu imposterum designandis, & approbandis, Novitii ad habitum ullatenus recipi possint, nisi prius a Congregatione Reformationis Apostolicae, vel a propriis locorum Ordinariis expresse, & nominatim approbati fuerint. A cujus quidem decreti observatione Sacra Congregatio iustis de causis censuit Regulares esse absolvendos, prout auctoritate Sanctissimi Domini Nostri, absolvit, atque exemit.

De transumptibus ad arctiorem.

§.3. Deinde, ut apostatandi opportunitas Regularibus praeripiatur, statuit, ut de cetero nullus permittatur ad arctiorem Religionem transire, nisi prius Superiori legitime constiterit, eam Religionem paratam esse illum recipere, qui licentiam petit: tumque Regularis recta se transferat ad arctiorem. Quod ut re ipsa adimpleatur, idem Superior omni studio, ac diligentia invigilet.

De fugitivis, & Apostatis.

§.4. Rursus statuit, ut fugitivi, & Apostatae, sive habitum regularem deserant, sive non, possint, ac debeant ab Episcopo loci, ubi moram trahunt, in carceres conici, Superioribus Regularibus consignari secundum regularia instituta puniendi: utque ipsi quoque Superiores teneantur eos perquirere, ad religionem reducere, atque efficere, ut apprehendantur: salva tamen in omnibus facultate Ordinariis locorum attributa decreto Concil. cap. 3. sess. 6.

§.5. Quod si Apostatae huiusmodi citra montes infra quatuor, ultra montes vero infra octo menses a praesentis Decreti publicatione inchoandos, sua sponte ad suam quisque Religionem redierit, tum poenarum omnium ipsis propter Apostasiam inflatarum, aut insignidarum remissionem, atque impunitatem assequantur. Ita tamen ut debeant a Superiore absolutionem humiliter petere, & coram eo culpam fateri, atque emendationem polliceri; Superior vero e contra benigne illos teneatur, ab huiusmodi poenis absolvere, & paterna charitate complecti.

De incorrigibilibus, qui

§.6. Ad haec, ut imposterum a Religionibus nullus legitime professus eiici possit Bul. Rom. Tom. V. Par. V.

nisi sit vere incorrigibilis; vere autem incorrigibilis minime censetur, nisi non solum concurrant ea omnia, quae ad hoc ex juris communis dispositione requiruntur, sublatis hac in parte Statutis, & Constitutionibus cujusque Religionis, & Ordinis, etiam a Sede Apostolica approbatis, & confirmatis: verum etiam unius anni spatio in jejuniis, & poenitentia probetur in carceribus; proindeque Religio privatos habeat carceres in qualibet saltem Provincia. Elapso autem anno, si nihilominus non resipuerit, sed animo indurato in sua pertinacia perseveraverit, ne contagione pestifera plurimos perdat, tanquam pecus morbida, ac membrum putre eiici tandem possit, sed ab ipso Generali tantum de consilio, & assensu sex Patrum ex gravioribus Religionis eligendis in singulis Capitulis, vel Congregationibus generalibus; tumque nominis instructo secundum eorum styllum, & Constitutiones processu, & plene probatis causis expulsionis ad Sacrorum Canonum praescriptum. Interea tamen usque ad primum generale Capitulum, seu Congregationem proxime celebrandam, si quempiam ex iustis, & necessariis causis expellere oportebit, ejectio fieri possit a Generali cum consilio, & assensu sex Patrum, ut supra, quos idemet Generalis eligere debeat infra quatuor menses a praesentis Decreti publicatione; servata tamen in reliquis forma superioris praescripta.

1624. non nisi prae via Processu fuerit eiciendi.

§.7. Sic vero ejecti, quandiu non redierint ad Religionem, in habitu clericali incedant, atque Ordinarii loci jurisdictioni, & obedientiae subint; proindeque Generalis illico expulsionis sententiam eidem Ordinario notificare teneatur.

Ejecti subiciantur Ordinario.

§.8. Ceterum Sacra Congregatio Religionum Superiores serio admonet, ac per Jesu Christi viscera obtestatur, ut memores paternae charitatis, & mansuetudinis, quam profitentur, nihil intentatum relinquunt, ut lucentur animas fratrum suorum fere in profundum malorum delapsas, antequam gravissimum, atque extremum expulsionis remedium experiantur. Idque eo magis, quod subditorum sanguinem, qui ex malo negligentium, & sui officii immemoriam Praelatorum regimine peribunt, Dominus noster Jesus Christus in supremo Dei iudicio de eorumdem Praelatorum manibus sit requisiturus.

Superiores vero incedant, ut in teletur, ut illic respiciant.

§.9. Praeterea statuit, ut iidem Superiores nemini ex religionis expulsis Literas testimoniales concedant, illos ad Sedem Apostolicam reiciantes, vel jubentes aliam ingredi Religionem.

Ejectis Testimoniales Literae non tradende.

§.10. Item, ut ejecti extra Religionem degentes sint perpetuo suspensi ab exercitio Ordinum, sublata Ordinariis locorum facultate dictam suspensionem relaxandi, aut moderandi.

Qui suspensi sint ab exercitio Ordinis.

§.11. Ac postremo censuit, esse innovandam, & suae Beatitudinis auctoritate innovat Constitutionem fel. rec. Gregorii IX. relata in c. fin. Extra de Regul., ac praeterea declarat eam Constitutionem in iis quoque

Renovatur Constit. Gregorii IX.

1624. bus, & Ordinationibus, ceterisque contra-
riis quibuscumque.
Datum Romae apud Sanctum Petrum,
sub Annulo Piscatoris, die Nona Decem-
bris 1606. Pontificatus nostri Anno II.

LXXIV.

Ex Regest. in
Secret. Brev.
Facultas Nuncio Poloniae procedendi con-
tra Ecclesiasticos, ac etiam contra Episco-
pos, & Archiepiscopos, qui in Regem
Poloniae, vel ejus natos conspiraverunt,

Ven. Fratri Joanni Baptista Episcopo Nolan.
nostro, & Sedis Apostolicae in Regno
Poloniae Nuncio.

URBANUS PAPA VIII.

Ven. frater salutem, & apostolicam
benedictionem.

Causa con-
cedenda fa-
cultatis.
§.1. Audientiam nostram non sine
animo nostri gravi perturbatione
pervenit, nonnullos contra Charissimi in
Christo Filii nostri Sigismundi Poloniae, &
Svetiae Regis Illustris, & forsitan natorum
ejus personas conjurasse, atque huic conju-
rationi aliquos Clericos, & forsitan in digni-
tate ecclesiastica constitutos, ac alias Episco-
pali, seu Archiepiscopali dignitate praesul-
gentes nomen dedisse.

Facultas, de
qua in Rubr.
§.2. Quapropter huic malo, si verum
sit, pro nostri pastoralis officii debito, quan-
tum cum Domino possumus, obviam ire
volentes, ac de tua fide, prudentia, inte-
gritate, doctrina, & rerum experientia plu-
rimum in Domino confisi, Tibi contra om-
nes, & singulas personas ecclesiasticas etiam
in dignitate ecclesiastica constitutas, cu-
juscumque status, ordinis, & conditionis
existentes, ac quocumque exemptionis, &
immunitatis, sive alio quovis privilegio
suffultas, nobisque, & Apostolicae Sedi im-
mediate subjectas, delictorum hujusmodi
reas, earumque fautores, seu illis auxilium,
consilium, vel favorem publice, vel oc-
culte, directe, vel indirecte quomodolibet
praestantes, in Regno Poloniae existentes su-
per praemissis omnibus, & singulis inqui-
rendi, & procedendi, atque Inquisitiones,
& processus fabricandi, quoscumque Testes
etiam Ecclesiasticos, & regulares, ut praer-
fertur qualificatos, examinandi, ipsosque ad
perhibendum veritati Testimonium sub
censuris, & poenis, aliisque opportunis Ju-
ris remediis cogendi, & compellendi, ac
tam eos, quam reos repertos rigorose exa-
mini semel, & pluries, Juris tamen ordine
servato, submittendi, quatenus vero ex
praemissis legitima, & ita urgentia resulent
indicia, ut animum tuum ad praemissa veri-
tate niti credendum inducant, etiam con-
tra Episcopos, & Archiepiscopos pariter in-
quirendi, & procedendi, eosque carceran-
di, vel sub fida custodia detinendi, & con-
tra eosdem usque ad sententiam definitivi-
vam exclusive deveniendi, aliaque omnia,
& singula in praemissis, & circa ea necessa-

ria, & quomodolibet opportuna, etiam si
talia sint, vel fuerint, quae magis speciale,
specificam, & expressam requirerent com-
missionem, faciendi, dicendi, gerendi, &
exequendi plenam, liberam, & amplam
facultatem, auctoritate apostolica, tenore
praesentium concedimus, & impertimur.

Indicia con-
tra Archiepi-
scopos, & Epi-
scopos judicio
Sedis Aposto-
licae refervan-
da.
§.3. Volumus autem, ut si quae contra
Episcopos, & Archiepiscopos praedictos re-
sultaverint, ea, necnon Informationes om-
nes contra eosdem Episcopos, vel Archie-
piscopos desuper sumendas sub tuo sigillo
clausa ad nos quamprimum diligenter
transmittas, ut quod circa ea statuendum
fuerit, matura consultatione adhibita, de-
cernere valeamus.

Derogatio
contrationum
§.4. Non obstantibus se: re: Bonifacii
Papae VIII. Praedecessoris nostri de una, &
Concilii generalis de duabus dietis, dum-
modo ultra tres dietas aliquis auctoritate
praesentium ad Judicium non trahatur, aliis-
que Constitutionibus, & Ordinationibus
Apostolicis, necnon Juramento, confir-
matione apostolica, vel quavis firmitate alia
roboratis statutis, & consuetudinibus, pri-
vilegijs quoque, Indultis, & Literis Aposto-
licis in contrarium praemissorum quomodolibet
concessis, confirmatis, & approbatis.
Quibus omnibus, & singulis, eorum tenores
praesentibus pro plene, & sufficienter ex-
pressis, ac de verbo ad verbum insertis ha-
bentes, illis alijs in suo robore permanentis,
hac vice dumtaxat specialiter, & expresse
derogamus, ceterisque contrariis qui-
buscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majo-
rem sub Annulo Piscatoris die 17. Augu-
sti 1624. Pontificatus nostri Anno II.

LXXV.

Adhortatio ad Archiepiscopum Arboren.
de erigendo Seminario, residendo, atque
Ecclesia reparanda.

Venerabili Fratri Archiepiscopo Arboren.

URBANUS PAPA VIII.

Ven. Frater salutem, & apostolicam
benedictionem.

Causa facien-
da admonitio-
nis.
§.1. Accipimus nuper Fraternalitatem
tuam apud Ecclesiam Arboren.,
cui praesse dignosceris, exiguo admodum
temporis spatio residere, neque per tres an-
nos, quibus illi praefasti Seminarium ibi ere-
xisti, minusque eandem Ecclesiam restaura-
rasse, & illi de paramentis necessarijs provi-
disse.

Admonitio.
§.2. Quae licet pro nostra de te opinio-
ne non facile adducamus, ut credamus,
quinimmo te tuo munere recte, & diligen-
ter, ut bonum, & fidelem servum oportet
satisfecisse, nobis persuadeamus; tamen, ut
quae muneris nostri sunt, implevisse coram
Deo, & hominibus appareat, facere nos
possumus, quin Fraternalitatem tuam paterne
moneamus, & in Domino hortemur, ut
post

posthaec apud ecclesiam tuam praedictam in
Civitate Arboren., & si aeris intemperies
activo tempore id non permittat, in locis
tuae Dioecesis salubrioris Coeli residere non
negligas, Seminarium erigas, ejusdem ec-
clesiae restorationi, sacristiae, & sacrae sup-
pellectili instruendae omnino incumbas, tri-
bique, & universo gregi attendens, quae
muneris tui sunt, desiderare non patiaris, si-
cut decreta Sac. Concilii Tridentini requi-
runt, & pastorale officium tuum postulare
non ignoras, quae te, & pro tua in nos, &
hanc sanctam Sedem observantia, & ne a su-
premo omnium Judice in reddenda villica-
tionis tuae ratione corriparis, facturum non
dubitamus.

Datum Romae apud Sanctam Mariam.
Majorem sub Annulo Piscatoris die 26.
Augusti 1624. Pontificatus nostri Anno II.

LXXVI.

Revocatio quarumcumque licentiarum a
praedecessoribus Pontificibus, loca regu-
laria erigendi non servata forma Consti-
tutionis Clementis VIII., & Decretorum
Sedis Apost. concessarum, quae nondum
effectum suum sortita sunt. Ac prohibi-
tio illa de cetero erigendi absque licen-
tia Ordinariorum.

Vide Bonifacii VIII. cap.1. de statu Regu-
lar. in 6. & cap.1. de excess. Pralat. in 6.
& Concil. Trid. cap.3. sess.25., nec non
Clem.VIII. Constitut. CCCXXXIII. Tom.V.
Par.III. fol.38. & Constit. LXX. Gre-
gor. XV. Cum alijs ut supra. fol.47.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.
Romanus Pontifex, cui Salvator, &
Deus pacis, universalis Ecclesiae credidit
Principatum, ea interdum, quae certis
etiam rationabilibus de causis a Sede Apo-
stolica concessa sunt, ipsa subinde rerum ex-
perientia suadente, & majoribus ex causis,
quibus praesertim personarum sub suavi Re-
ligionis jugo Altissimo famulantium paci,
& quieti consulitur, litibusque, ac contro-
versis inter eos obviam itur, revocat, &
immutat, in hisque pastoralis sollicitudinis,
& providentiae suae studium interponit,
prout rerum, & temporum qualitatibus de-
bite pensatis, conspicit in Domino salubri-
ter expedire.

Revocantur
licentiae om-
nes a Pontifi-
cibus concessa
erigendi Con-
ventus &c. si-
ne licentia
Ordinariorum.
§.1. Cum itaque, sicut Nobis innotuit,
complures licentiae, sive facultates a non-
nullis Romanis Pontificibus Praedecessori-
bus nostris per diversos Ordinum etiam,
Mendicantium, Congregationum, Societa-
tum, & aliorum Regularium institutorum
Superiores, seu alios eorum nomine, ubi-
que locorum Monasteria, Domos, Colle-
gia, Conventus, & alia loca regularia quo-
vis nomine nuncupata, servata dumtaxat
Sacrorum Canonum, & Concilii Tridenti-
ni decretorum forma, de sola Ordinarij li-

centia, seu etiam forsitan non servata forma
& absque licentia hujusmodi, & contra de-
creta a Sede Apostolica super praemissis
edita fundandi, erigendi, & instituendi im-
portunis precibus, seu etiam Motu proprio,
vel alijs obtenta, & extortae fuerint: idcir-
co Nos, omnes, & quascumque licentias,
ac facultates hujusmodi, literasque desuper
tam sub plumbo, quam in hujusmodi forma
Brevis desuper expeditas, earumque ten-
etiam veriores, & Dat. praesentibus, ac si
specificae, & sigillatim exprimerentur, &
infererentur, pro plene, & sufficienter ex-
pressis, & ad verbum insertis habentes, ju-
stis de causis animum nostrum moventibus,
Motu proprio, non ad alius Nobis super
hoc oblatae petitionis instantiam, sed ex cer-
ta scientia, ac matura deliberatione nostris,
deque apostolicae potestatis plenitudine om-
nes, & quascumque licentias, & facultates
hujusmodi, literasque desuper tam sub
plumbo, quam in eadem forma Brevis hu-
jusmodi expeditas, omniaque, & singula in
eis quomodolibet contenta, & expressa,
etiam quoad erectiones, fundationes, & in-
stitutiones Monasteriorum, Collegiorum,
Dorum, Conventuum, & aliorum regu-
larium locorum hujusmodi, quae suum
nondum sortita sunt effectum, tenore praer-
sentium perpetuo revocamus, cassamus, ab-
rogamus, & annullamus, viribusque, &
effectu prorsus evacuamus.

§.2. Praeterea Ordinum etiam Mendi-
cantium, Congregationum, Societatum, &
aliorum Institutorum regularium Superio-
ribus, quocumque nomine nuncupatis, ca-
terisque personis, ad quos spectat, in vir-
tute sanctae obedientiae, ac sub privationis
vocis activae, & passivae, necnon officiorum
quorumcumque, ac inhabilitatis ad illa, seu
alia in futurum obtinere, ac etiam excom-
municationis ipso facto incurrendis poenis
interdicimus, & prohibemus, ne licentia-
rum, seu facultatum per Nos, ut praefertur,
revocatarum, & annullatarum, sive alio
quovis praetextu, vel causa, etiam quantum-
vis privilegiata, nova Monasteria, Colle-
gia, Domos, Conventus, & alia loca regu-
laria hujusmodi, nisi de expressa Ordina-
riorum licentia, ac servata in omnibus, &
per omnia Sacror. Canonum, & Conc. Trid.
necnon Constitutionis fel. rec. Clem. VIII.
quae incipit: Quoniam ad institutam, sub da-
tum Romae apud S. Marcum sub Annulo
Piscatoris die 23. Julii 1603. ac Decretorum
de mandato ejusdem Clementis, ac sa. me.
Gregorii XV. Rom. Pont. Praedecessorum,
desuper editorum forma recipere, erigere,
fundare, seu alijs quomodolibet instituere,
seu incepta finire, & absolvere audeant, seu
praesumant.

§.3. Decernentes, praesentes Literas
etiam ex eo, quod causa, propter quas illae
emanarint, expressae, verificate, & iustifi-
cate, aut quicumque in praemissis interesse
habentes, seu habere praetendentes, ad hoc
vocati, citati, & auditi non fuerint, neque
illis consenserint, vel alijs ex quocumque
capite, praetextu, colore, ingenio, vel causa
de

Itaque quoniam
liber uti posse
exerere non
servata forma
Constitutionis
Apostolicae.

Clausula praer-
servativa.

vendicare sibi iocum, servandamque esse, qui iuste, definitive, ac iuris ordine servato expulsi fuerint: dummodo tamen in expulsi huiusmodi subit spes evidens emendationis ex Literis saltem testimonialibus Ordinarii, cujus conscientiam in his Literis concedendis Sacra Congregatio serio oneravit.

Clem. VIII. Constit. & hae Decreta bis in anno in Dominis Regularibus legenda.

§. 12. Ne qua vero difficultas in scriptis decretis, & ordinationibus exequendis suboriatur, Sacra Congregatio, Sanctissimo Domino Nostro annuente, atque approbante, universis Generalibus, Provincialibus, Commissariis, Ministris, Praesidentibus, Abbatibus, Prioribus, Praepositis, Guardianis, Vicariis, & quibuscumque aliis Superioribus quorumcumque Ordinum, vel Congregationum, Monasteriorum, Conventuum, Collegiorum, Domorum, ac locorum regularium ubique locorum existentium injungit, serioque mandat, ut illa diligenter observent atque observari procurent in omnibus Cœnobiiis, ac Monasteriis, Collegiis, ac Domibus quorumcumque Monachorum, ac Regularium ubique locorum existentibus, efficiantque ut tam Decreta supradicta fel. rec. Clem. VIII., quam praesentes Ordinationes in singulis ejusmodi locis bis saltem in anno legantur in publica mensa.

Inobedientia pena.

§. 11. Si quis vero ipsorum adversus ea, quae superius praescripta sunt, vel eorum aliquid, quoquomodo facere, vel moliri praesumpserit, ipso facto poenam incurrat privationis omnium officiorum, quae tunc obtinebit, vocisque activae, & passivae, ac perpetuae inhabilitatis ad illa impoſterum obtinenda, poenaeque huiusmodi sit Sanctitati Suae, ac Sedi Apostolicae reservata, iisdem Superioribus, etiam Generalibus, & Protectoribus illam moderandi, seu relaxandi potestate penitus interdicta, & nihilominus sit irritum, & inane, quicquid secus a quocumque actum extiterit.

Derogatio contrariorum.

§. 14. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis in favorem quorumcumque personarum, atque Ordinum, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Congregationum, Monasteriorum, Conventuum, Domorum, ac locorum regularium quorumcumque, necnon illorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, vel consuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, indulgentiis, & privilegiis, etiam in corpore juris clausis, aut ex causa, vel titulo oneroso, vel in limine foundationis concessis, etiam Mari Magno, seu Bulla aurea, aut aliis nuncupatis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, & cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus decretis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de apostolica potestate plenitudine, aut alias quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiam si pro illorum sufficienti de-

rogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis, specialis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda esset; tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, praesentibus pro expressis habens, quibus quo ad ea, quae supradictis quomodolibet adversantur, illis aliis in suo robore permanentibus, specialiter, & expresse, Sanctitatis Suae auctoritate, derogat, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae die 21. Sept. 1624.

Prosper Fagnanus S. Cong. Secr.

Dat. 21. Septembris 1624.

Subsequuntur supradicta Decreta generalia Clementis Papae Octavi.

Primum de Novitiis ad habitum Regularem, & professionem non admittendis, nisi in Conventibus designandis.

CLEMENS PAPA VIII.

Regularis disciplinae restitutioni, pro qua potissimum iuxta nostri muneris debitum, laborare non desistimus, illud in primis magnum impedimentum asserere quotidiano usu compertum est, quod in omnibus Conventibus iis praesertim, qui majori reformatione indigent, singuli ad Religionem venientes passim recipiuntur; unde fit, ut quo magis Nos variis Constitutionibus male affectas radices amputare studemus, eo magis in dies depravata, infructuosaque ejusmodi noviter profitentium germina succrescant, Cui quidem malo occurrere volentes, praesenti Decreto statuimus, directeque praecipimus omnibus Generalibus, Provincialibus, Commissariis, Ministris, ceterisque Superioribus Conventuum intra Italiae, & Insularum adiacentium fines existentium quibuscumque, quorumcumque Ordinum Mendicantium, ut de cetero neminem sub quovis praetextu, aut colore ad habitum regularem admittant, nisi in Conventibus auctoritate nostra propediem in unaquaque Provincia designandis. Insuper sancimus, ut quo ad ejusdem Conventus, ut praesertur, per Nos deputati non fuerint, omnes praefatorum Ordinum Superiores a receptione quorumcumque Novitiorum, sive ad habitum; sive ad professionem omnino abstinant, Superior, qui huius Decreti transgressor extiterit, ipso facto poenam privationis omnium officiorum, quae tunc obtinebit, vocisque activae, & perpetuae inhabilitatis ad alia impoſterum obtinenda, se noverit incurrisse, ac aliis etiam poenis arbitrio nostro subjaceat. Receptiones vero, & possessiones qualibet eorum, qui contra huiusmodi Decretum nostrum admissi fuerint, nullas, & irritas esse ex nunc decernimus, & declaramus, privilegii, statutis, & consuetudinibus quibuscumque in contrarium minime obstantibus.

Dat. Romae die 12. Martii 1596.

Dat. 12. Martii 1596.

Secundum Revocationis, & ampliationis ejusdem Decretum.

De Novitiis ad habitum regularem non recipiendo, nisi in Monasteriis, & locis designandis.

Sanctissimus in Christo Pater, & Dominus noster Dominus Clemens divina providentia Papa VIII. cum jam dudum animadverteret collapsae Regularis disciplinae restitutionibus, pro qua potissimum iuxta sui muneris debitum, vigilare, ac laborare non desisset, illud in primis magnum impedimentum asserere, quod in omnibus Monasteriis, & Conventibus, iisque praesertim, qui majori indigent reformatione, singuli ad Religionem profitemdam accedentes, passim, ac sine selecto recipiuntur, ac inde fieri, ut quo magis variis Constitutionibus male affectas radices evellere studer, eo magis infructuosae noviter profitentium germina quotidie succrescant; cumque ob zelum, ac desiderium, quo tenetur Sanctitas Suae, omnes Regulares ad vetus suae cujusque Religionis institutum redigendi, districte prohiberit, ne quis in certis Monachorum, & Mendicantium Ordinibus ad suscipiendum habitum Religionis admittatur, proſtitereturque, quousque Monasteria, & Conventus aliquot destinarentur, in quibus posset commodius regularis observantia, secundum reformationem a Sanctitate Suae institutam introduci. Quia tamen, non obstante tali prohibitione cognovit, nonnullos fuisse, vel sui colore scultas, & licentiae a Sanctitate Suae obtenta, vel quia talis prohibitio ad illorum notitiam non pervenerit, receptos, & admissos, praeter mentis suae sensum; Idcirco huic malo prospicere volens, ne licentiarum, ac facultatum huiusmodi subreptione, ac praetextu Decretum Sanctitatis Suae irritum reddatur; Nunc denuo districte praecipit, ac mandat omnibus Generalibus, Provincialibus, Commissariis, Ministris, Praesidentibus, Abbatibus, Prioribus, & Guardianis quibuscumque, ceterisque Superioribus Conventuum, Monasteriorum, ac Domorum, quocumque nomine appelletur, intra Italiae, & Insularum adiacentium fines existentium, quorumcumque Ordinum Mendicantium, & non Mendicantium, exceptis tamen Carthusianorum, Fratrum Minorum de Strictiori Observantia, necnon Cappuccinorum Sancti Francisci Reformatorem, Sancti Dominici, Discalceatorum Ordinis Carmelitarum, necnon Fratrum Congregationis Fuliensis, Cisterciensis Ordinis, ac Eremitarum Eremitae Camaldulensis, & Montis Coronae, Clericorum Regularium Theatinorum, Societatis Jesu, Sancti Pauli Decollati, & aliorum de Somasca, Ministrorum Infirmorum respective Ordinibus, Societatibus, seu Congregationibus nuncupatis, quae etiam antea exceperat, & nunc iterum excipiendo voluit prohibitionem hanc ad illa nullo modo extendi; Ne sub cujusvis licentiae, & facultatis, & ampliationis ejusdem Decretum.

calatis in re tractanda obtentu, nisi per Literas in forma Brevis duntaxat, & non alias quemquam ad Habitum Regularem suscipiendum, necetiam Conversos nisi in Conventibus, Monasteriis, & Domibus, auctoritate ejusdem S. D. N. propediem in unaquaque Provincia designandis, recipere, aut receptos ad professionem admittere ullo modo audeant. Quinimo contra primam prohibitionem Sanctitatis Suae receptos, etiam si imperfectum habitum, aut sine caputio gerant, post praesentis Decreti in Romana Curia publicationem, omnino eucere debeant.

Superiorem autem, qui huius Decreti transgressor extiterit, ipso facto poenam privationis omnium officiorum, quae tunc obtinebit, vocisque activae, & passivae, & perpetuae inhabilitatis ad alia impoſterum obtinenda, eo ipso incurtere voluit, ac decrevit, & aliis etiam poenis arbitrio Sanctitatis Suae imponendis subjacere.

Receptiones vero, & possessiones qualibet eorum, qui contra huiusmodi Decretum admissi fuerint, nullas, & irritas esse ad quemcumque effectum, ex nunc decernimus, & declaramus.

Hoc autem Decretum noluit Sanctitas Suae eos Ordines comprehendere, qui Conventus, Domus, & Monasteria a se probata pro Novitiorum receptione, & educatione, hactenus permissione sua constituerint.

Certae vero licentiae, sive particularis, quae in hac die nunc effectum non sunt sortite, revocantur, & annullantur.

Vult autem, Decretum hoc suum in solitis locis Urbis publicatum, ita praedictorum singulos asserere, ac si cuilibet personaliter fuisset intimatum, privilegiis, statutis, & Constitutionibus quibuscumque in contrarium minime obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Marcum, die 20. mensis Junii 1599.

Dat. die 20. Junii 1599.

Decreta alia pro reformatione Regularium, tam Monachorum, quam Mendicantium cujuscumque Ordinis, & Instituti.

CLEMENS PAPA VIII.

Nullus omnino praetextu cujuscumque privilegii, vel superioritatis, etiam Generalitatis, a servitio Chori censeatur immanis, nisi pro tempore, quo quis in proprii officii munere actu fuerit occupatus. Cum Lecturibus autem, & Praedicatoribus, Superiores iis tantum diebus, quibus eos legere, aut praedicare contigerit, dispensare possint. Idem quoque praestare valeat cum aegrotis, & studiorum causa legitime impeditis. In eos vero, qui negligentes, aut inobedientes fuerint, salutaris poenitentiae Superiores animadvertant ad praescriptum Regule, & Constitutionum, alimendi etiam, si opus fuerit, subtractione.

Lectio Sacrae Scripturae, vel casuum conscientiae bis in hebdomada praescriptis diebus in singulis Monasteriis, & Conventibus habeatur, ad quam Fratres omnes

convenient, eaque absoluta, mutua collatione circa explicatam doctrinam sese utiliter exercent.

Quo Tridentini Concilii Decreta de paupertatis voto custodiendo fideliter observentur, precipitur, ut nullus ex Fratribus, etiam Superior sit, bona mobilia, vel immobilia, aut pecuniam, proventus, census, elemosinas, sive ex concionibus, sive ex lectionibus, aut tam in propria Ecclesia, quam ubicumque celebrandis, aliove ipsorum iusto labore, & quocumque nomine acquisita, etiam subsidia consanguineorum, aut piorum largitiones, legata, aut donationes fuerint, tanquam propria, aut etiam nomine Conventus possidere possit: sed ea omnia statim Superiori tradantur, & Conventui incorporentur, atque cum certis illius bonis, redditibus, pecuniis, ac proventibus confundantur, quo communis inde victus, & vestitus omnibus suppeditari possit.

4. Neque Superioribus, quicumque illi sint, ullo pacto liceat eisdem Fratribus, aut alicui bona stabilia, etiam ad usum fructum, vel usum, administrationem aut commendam, etiam depositi, aut custodiae nomine concedere.

5. Eorum vero, quae ad necessitatem concessa erunt, nullus quicquam possideat ut proprium, neque ut proprio utatur.

6. Qui in praemissorum aliquo deliquerit, poenas nedum a Concilio Tridentino praescriptas, sed alias quoque multo graviores, Superiorum arbitrio imponendas, incurrat.

7. Nulla quorumcumque Superiorum dispensatio, nulla licentia, quantum ad bona immobilia, vel mobilia Fratres excusare possit, quo culpa, & poena ab eisdem Concilii Decretis imposita, ipso facto incurrenda, obnoxii sint, etiam si Superiores assererent, huiusmodi dispensationes, aut licentias concedere posse: quibus in ea re fidem minime adhiberi volumus.

8. Fratrum vestitus, & suppellex cellarum ex communi pecunia comparetur, & omnino uniformis sit Fratrum, & quorumcumque Superiorum, statimque paupertatis, quam professi sunt, conveniat: ita ut nihil superflui admitatur, nihil etiam, quod sit necessarium, alicui denegetur.

9. Quaecumque Fratrum vestes, sive lanae, sive lineae, omnisque alia suppellex in aliquem commodum Conventus locum deferantur, ibique ab uno, vel duobus Fratribus huic muneri deputatis diligenter custodiantur, ut inde Superioris arbitrio, prout unicuique opus fuerit, subministrari opportune possint.

10. Omnes etiam Superiores, quicumque illi sint, eodem pane, eodem vino, eodemque obsonio, sive eadem (ut ajunt) pitantia, in communi mensa prima, vel secunda, nisi infirmitatis causa impediti fuerint, vescantur, neque singulare aliquid, quo privatim quisque in cibum utatur, ullo modo afferri possit: si quis in ea re peccaverit, nihil ea die alimenti percipiat, nisi panem, & aquam.

11. Superiores omnes, etiam Generalis, qui redditus, aut praestationes peculiares ratione officiorum habent, eorum accepta, & expensa in libro distincto fideliter, & diligenter adnotari curent, neque in alios usus, quam ratione officii sui necessarios, quicquam expendant. Cum vero contigerit, ipsos in aliquo Conventu commorari, eam pecuniae quantitatem in commune conferant, ex qua sibi, & iis, qui secum erunt, victus ad praescriptum Regulae, & Constitutionum suppeditetur.

12. Nullus ex Superioribus locorum administrationem bonorum, aut aliarum rerum, dispensationemque pecuniarum, & reddituum sui Conventus, etiam nomine Conventus, per se ipsum habere, sive exercere possit: sed universum id onus tribus Fratribus ejusdem Conventus a Generali ita demandetur, ut unus rerum, & bonorum, reddituumque colligendorum curam habeat; alter tamquam depositarius, pecunias, ac caetera ab illo collecta, & exacta fideliter asseret; alius de pecuniis, & rebus a depositario acceptis, Priori, Fratribus, ac Conventui universo de necessariis, mandante tamen ipso Priore, non secundum proprium affectum, sed juxta charitatis regulam, veluti bonus dispensator provideat, officiorum huiusmodi confusione penitus interdista.

13. Caeterum hi tres tam impensi, quam accepti singulis mensibus Superiori locali, adhibitis etiam duobus, vel tribus Fratribus ejusdem Conventus probatoribus, rerumque usu peritis rationem reddant: Deinde ipsimet rursus, praesentibus Priore, & peritis praedictis, Generali, cum advenit: denique ipse Generalis, in quolibet proximo Capitulo Generali, saltem coram tribus iudicibus ab ipso Capitulo ad hoc constitutis, illorum omnium, universamque suae administrationis tam publicae, quam privatae rationem reddere teneatur, cujus etiam exemplum authenticum ex actis Capituli describatur, ad hoc, ut ad omne mandatum nostrum, vel Sedis Apostolicae Romae transmitti possit.

14. In unoquoque Conventu, Fratrum is tantum deinceps constituatur, & impostorum retineatur numerus, qui ex redditibus illius propriis, vel ex communibus consuetis, vel etiam singulorum elemosynis, aliiive quibuscumque obventionibus in commune (ut praefertur) conferendis, commode possit sustentari: redditus vero, & supradicta omnia in communi loco, ac tuto diligenter asserventur.

15. Superioribus autem, ne Concilii Tridentini, aut haec nostra Decreta declarare, interpretari, aut relaxare ullo modo possint, omnino interdiximus, & prohibemus: decernentes irritum, & c. Si quis autem contra praesumpserit attentare, is eo ipso omni gradu, officioque privatus, & ad ea perpetuo inhabilis existat.

16. Nullas, nisi aucto legat, vel praedictet, aliquo sui gradus privilegio gaudeat.

17. Si alicui ex necessaria causa Generalis

ralis iudicio probanda socius ex eodem Ordine, qui illi ministrat, concedendus erit, nisi vigesimum quintum agat annum, & qui communi servitio sit deputatus, non concedatur, & si commode fieri potest, sit laicus conversus.

18. Ut omnis scandalorum, & vagationis occasio tollatur, Conventus claustra perpetuo, ac diligenter serventur: propterea a Superiore Janitor constituatur, qui diligentia, ac morum integritate maxime commendetur: is januae custodienda semper assistat, eamque nemini Fratrum aperiat, nisi socium, & exeundi licentiam obtinuerit.

19. Nullus a Conventu egredi audeat, nisi ex causa, & cum socio, licentiaque singulis vicibus impetrata, ac benedictione accepta a Superiore, qui non aliter eam concedat, nisi causa probata, sociumque exituro adjungat, non petentis rogatu, sed arbitrio suo, neque eundem sapius. Licentia vero generales exeundi nulli omnino concedatur.

20. Contravenientes autem poena gravi etiam carceris ad superioris arbitrium plectantur: eadem etiam Janitor subbeat, si sciens exeundi facultatem fecerit.

21. Cum autem quis in Conventum revertitur, Superiorem iterum adibat, benedictionem recepturus, qui a socio itineris rationem, & quid rei actum sit, diligenter perquirat.

22. Nullos Fratres Romam venire Superiores permittant, nisi prius a Generali, vel Protectore dumtaxat licentiam in scriptis impetraverint.

23. Si quis autem sine huiusmodi facultate Romam venire praesumpserit, voce activa & passiva biennio privatus existat, subituro etiam alias arbitrato Superiorum infligendas poenas. Quae item omnia adversus eos, qui supradictos admiserint, & receperint, sine ulla exemptione locum habeant.

24. Habeat Superior clavem, ita fabricatam, ut cum sibi videbitur, cellas omnes referare possit: & propterea nullus cellam, etiam noctu, ita claudat, quin semper a Superiore possit aperiri.

25. In medio Dormitorii totam noctem lampas colliceat.

26. Nullus etiam Superior cellas, sive in claustris, sive alibi separatas a communi Dormitorio habeat, sed unusquisque unica cella, eadem cum caeteris aliorum Fratrum conjuncta, nudis omnino parietibus, ac lecto, & mensa humilibus, uniformique suppellectili, ut praefertur, quemadmodum Religiosos decet, contentus sit. Possit tamen Generalis alicui ex Superioribus Conventuum, si eorum muneris, & officii necessitatem id exigere cognoverit, alteram etiam cellam concedere.

27. Cellae, sive adiculae, quae extra Dormitorium separatim sunt, ad officinas, aut alias ad communem usum, & commoditatem Conventus redigantur.

28. Sigillatim suo quisque lecto cubet, neque ulli duo eodem lecto dormire pos-

sint, qui omnes ad certam formam redigendi erunt.

29. In privatis cellis nulli camini permittantur, sed omnes destruantur statim, cardinibus etiam e parietibus convulsis, ut res illa non ad tempus facta, sed perpetuo duratura videatur, cellis tamen Generalis, aut alterius Superioris, ac Praedicatoris, exceptis.

30. Conventus fenestrae omnes, quae in vias publicas, aut in vicinas laicorum aedes prospiciunt, muro ita obsruantur, ut omnino is prospectus impediatur.

31. Valetudinarium in singulis Conventibus certo, ac salubriori loco constituatur, quod pro loci situ, ac Fratrum numero, quoad fieri poterit, commodissimum esse possit, in quo Fratres omnes, cum aegrotant, curentur, nec inde nisi recuperata sanitate, abire permittantur. Qui vero infirmorum cura praepositi sunt, omni sedulitate, ac charitate operam suam praestabunt, ac curabunt, ne quid aegrotis omnino desit, quoad ad sanitatem recuperandam pertineat.

32. Ineat ratio, qua sublatis licentiis, ac facultatibus haecenus quibuscumque concessis, degentes extra Conventus claustra ad ea quamprimum revocentur, nec de caetero, nisi ex gravissima causa a Sede Apostolica probanda, huiusmodi facultates concedi possint.

33. Nulli imposterum ad habitum, aut professionem admittantur, nisi in Conventibus per Sedem Apostolicam in qualibet Provincia deputatis.

34. Curent Superiores, ut constitutio interdicens largitiones munerum, & praescribens hospitalitatis formam, ab omnibus in quolibet Conventu inviolabiliter observetur.

35. Ut omnis officiorum ambitus occasio pracludatur, caveant omnes a directa, vel indirecta vocum, seu suffragiorum procuratore, tam pro se ipsis, quam pro aliis, tum in Capitulis locorum, tum in caeteris praesertim generalibus Capitulis, aut Congregationibus, seu alibi. Quicumque secus fecerint, praeter alias poenas, & censuras haecenus contra huiusmodi ambientes inflatas, quas in suo robore permanere volumus, in poenam privationis officiorum, quae obtinent, eo ipso incidant, & ad futura quaecumque pariter inhabiles habeantur: super quo cum eis dispensari a nemine possit, nisi a Nobis, vel Successoribus nostris, & pro qualitate culparum gravius etiam plectantur. Porro supradictas omnes poenas ad complices, ac simpliciter scientes, & non revelantes extendimus.

36. In Superiorum, & Officialium omnium electionibus forma praescripta a Sacro Concilio Tridentino, & Ordinis Constitutionibus inviolabiliter serventur, jurentque Electores, secundum veritatem cuiusque conscientiae probiores, ac magis idoneos se electuros: ac propterea priusquam ad electionem deveniant, in primis, & ante omnia praegantur Constitutiones de-

qualitate, & requisitis eligendorum. Ad officia, gradus, & praelaturas illi precipue eligantur, qui possint, & consueverint regulas Ordinis, & Constitutiones observare, praesertim quae pertinent ad servitium Chori, ac vestitum, & victum communem.

37. Eligantur in Capitulo Generali, vel provinciali aliquot graves, & periti ex Fratribus cujuslibet Provinciae saltem tres, qui admittendos ad praedicationem verbi Dei, vel audiendas confessiones etiam ipsorum Fratrum, ac Lectores publicos diligenter simul examinent, priusquam probentur, & ad hujusmodi ministeria admittantur. Horum etiam cura sit examinare, & probare, tam quoad doctrinam, quam quoad mores, promovendos ad quoscumque Ordines, in quo fervetur decretum Congregationis Interpretum sacri Concilii Tridentini hac de causa nuper editum, & promulgatum.

38. Illud porro Superiores omnes in Domino admonemas, ut memores sint rationis, quam in novissimo die reddituri sunt pro grege sibi commisso: ac propterea omnifido invigilent, ut quae in eorumdem Ordinum Regulis, & Constitutionibus de oratione mentali, silentio, & jejunis, capitulo culparum, aliisque spiritualibus exercitiis prudenter, ac pie sancita sunt, ea omnia, & singula ad unguem observentur: intelligantque super his veluti fundamentis omnium Religionum aedificia construenda, & amplianda esse, quae ut faciliorem exitum fortiantur, & fructus uberiores in animis Fratrum producant valde opportunum erit, si in quolibet Conventu, singulis hebdomadis, habeatur sermo de religiosa disciplina, regularique observantia.

39. Quo vero omnia ordinate peragantur, appendatur tabella in loco conspicuo uniuscujusque Conventus, in qua distincte adnotetur, qui d singulis horis cujusque diei quilibet Frater praestare debeat, ut certo quoque signo praemonitus, majore animi preparatione suo muneri satisfacere possit. Quae Ordinis Constitutiones his Decretis non adversantur, inviolate custodiendae erunt.

40. Quibus horum Decretorum capitibus certa poena praescripta non est, arbitrio Generalis, vel alterius immediati superioris infligatur. Ut autem haec Decreta (donec alia, quae pleniorum reformationem faciant, edantur) ab omnibus observari possint, districte praecipimus Generalibus, ac omnibus aliis quibuscumque Superioribus, ad quos hoc spectat, ut curent, ac efficiant, ea omnia inter eorumdem Constitutiones perpetuo valituras redigi, interdicta omnino eorum singulis facultate illas declarandi, & adversus eas unquam dispensandi. Alioquin sciant, se in poenam Generalatus, & Officiorum privationis, ac inhabilitatis perpetuae ad alia quoque munera ipso facto, & sine ulla exceptione respectiva incidisse.

41. Ne vero praetextu dilatae publicationis eorum observatio quoquomodo dif-

ferri possit, aut impediri, volumus, ut post illorum publicationem in Conventu, vel Monasterio cujuslibet Ordinis de Urbe factam, Generalem, aliosque Ordinum Superiores, caeterosque quoscumque Fratres praesentes statim; reliquos vero absentes citra montes, unius mensis, ultra montes trium mensium spatio ita ardeant, ac si eorum singulis personaliter intimata fuissent.

42. Insuper mandamus, quod Generales in Conventibus citra montes, unius mensis, ultra vero montes, trium mensium curso Decreta supradicta publicari faciant, sub poena privationis Generalatus, aliisque arbitrio nostro imponendis.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die 25. mensis Junii 1599.

Dat. die 25. Junii 1599.

Aliud Decretum de licentia obtinenda a Fratribus Romam venientibus.

Decretum illud, quo Fratres Romam petere cum Generalis, & Protectoris licentia dumtaxat permittitur, Sanctitas Sua extendi ad Provinciales decrevit: ita ut Provincialis ipse ex causa communi totius Provinciae dumtaxat facultatem hujusmodi facere valeat: declaravitque poenam privationis vocis activae, & passivae contrafacientibus infligendam Sanctitati Suae reservatam esse: interdicta omnino eorum Superioribus singulis, etiam Generali, ac Protectori facultate illam moderandi, ac relaxandi.

Datum Romae die 10. Martii 1601.

Dat. die 10. Martii 1601.

Aliud Decretum super casuum reservatione ab omnibus Regularium Superioribus observandum.

Sanctissimus Dominus noster, qui jam pridem accurate perpendit, ac re ipsa comperit, quod reservatio facultatis absolventi Religiosos poenitentes a peccatis quibusdam gravioribus, nisi Superioribus admodum prudenter, ac moderate illa utantur, nonnullos infirmiores, qui interdum Superiori suo conscientiae maculas detegere formidant, adducere posset in aeterna damnationis periculum, & spiritualis remedium desperationem:

§.1. Ideo, ut huic malo Sanctitas Sua opportune prospiceret, decrevit, ut nemo ex Regularium Superioribus peccatorum absolutiones sibi reserret, exceptis iis, quae sequuntur, aut omnibus, aut eorum aliquot, prout subditorum utilitati expedire prudenter in Domino judicaverint.

1. Veneficia, Incantationes, Sortilegia.
2. Apostasia a Religione, sive habitu dimisso, sive retento, quando eo pervenerit, ut extra septa Monasterii, seu Conventus fiat egressio, nocturna, ac furtiva e Monasterio, seu Conventu egressio, etiam non animo apostatandi facta.

3. Proprietas contra votum paupertatis, quae sit peccatum mortale, juramentum falsum in iudicio regulari, seu legitimo.

4. Procuratio, auxilium, seu consilium ad

ad abortum faciendum post animatum fecit, etiam effectu non sequuto.

5. Falsificatio manus, aut sigilli Officialium Monasterii, aut Conventus, Factum de rebus Monasterii, seu Conventus in ea quantitate, quae sit peccatum mortale.

6. Lapsus carnis voluntarius opere consummatus.

7. Occasio, aut vulneratio, seu gravis percussio cujuscumque personae.

8. Malitiosum impedimentum, aut retardatio, aut aperitio literarum a Superioribus ad inferiores, & ab inferioribus ad Superiores.

9. Si quod aliud praeterea peccatum grave pro Religionis conservatione, aut pro conscientiae puritate reservandum videbitur: id non aliter fiat, quam Generalis Capituli in toto Ordine, aut Provincialis in Provincia matura discussione, & consensu.

§.2. Non liceat Superioribus Regularium confessiones subditorum audire, nisi quando peccatum aliquod reservatum admiserint, aut ipsimet subditi sponte, ac proprio motu id ab eis petierint.

§.3. Superiores in singulis domibus deputent duos, tres, aut plures Confessarios, pro subditorum numero majori, vel minori, iique sint docti, prudentes, ac charitate praediti, qui a non reservatis eos absolvant, & quibus etiam reservatorum absolutio committatur, quando casus occurrerit, in quo eam debere committi ipse in primis Confessarius judicaverit.

§.4. Tam superiores pro tempore existentes, quam Confessarii, qui ad superioritatis gradum fuerint promoti, caveant diligentissime ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in confessione habuerunt, ad exteriorem gubernationem utantur.

§.5. Licet tamen Superioribus determinare poenitentias graves quibusdam peccatis etiam non reservatis a Confessariis imponendas, quae subditos ab hujusmodi perpetrando cohibere possint.

§.6. Atque ita per quoscumque Regularium Superiores, quicumque illi sint, observari mandavit.

§.7. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac cujusvis Concilii, etiam generalibus decretis, necnon consuetudinibus, etiam ab immemorabili tempore observatis, aut regulis in generalibus, seu provincialibus capitulis editis, statutis, & Constitutionibus etiam apostolica auctoritate confirmatis, privilegiis, indultis, & concessionibus quorumcumque, quorum tenores hic pro expressis haberi voluit, caeterisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Dat. Romae apud S. Petrum die 26. mensis Maii Anno Domini 1593.

Dat. die 26. Maii 1593.

Sanctitas Sua deinceps declaravit, & declarat, ut si hujusmodi Regularium Confessariis casus alicujus reservati facultatem petentibus Superior dare noluerit, possint nihilominus Confessarii illa vice poenitentes Regulares, etiam non obtenta a Superiore facultate, absolvere.

Aliud de Formula concedendi facultatem pro Novitiis ad regularem habitum recipiendis in Monasteriis, & locis designatis.

Sanctissimus in Christo Pater D. N. D. Clemens divina providentia Papa VIII. cum regularem disciplinam restituere, atque in pristinum statum revocare maxime cuperet, regularesque omnes vitam, moresque suos ad rationem ejus instituti, quod quisque professus esset, ita componere, ut quae ad votorum vim, habitum, victumque communem pertinent, ea potissimum singuli religiosissime observarent, generali decreto, quod de mense Julii editum, tertii Julii anni 1599. promulgatum fuit, Ordinum Religiosorum Superioribus, (nonnullis exceptis) prohibuit, ne aut Novitios recipient, aut quemquam ad professionem ante admitterent, quam a Sanctitate Sua Monasterii aliquot ad eam rem praescripta esset, in quibus observantia regularis vigeret.

Nunc vero eadem Sanctitas Sua a locorum etiam Ordinariis, quibus id muneris demandaverat, certior facta, infrascriptis Monasteriis, & Conventibus Ordinis N. praefinitum esse numerum dumtaxat eorum, qui vel ipsius Monasterii censibus, vel consuetis elemosynis sustentari ibi commode possunt, atque in iis omnia fideliter observari, quae sunt cum illorum professionis perfectione conjuncta, nempe castitatis, paupertatis, & obedientiae vota, una cum caeteris decretis particularibus, vel Institutis ipsius, vel Pontificiis etiam ad victum, vestitumque communem spectantibus (ipso decreto, ut supra edito, & promulgato nequaquam obstante) potestatem facit Superiori ejusdem Ordinis Novitiatum in infrascriptis Monasteriis, & Conventibus erigendi, & Novitios recipiendi, educandi, atque ad professionem admittendi, modo tamen id ad praescriptum instructionis iusti Suae Sanctitatis editum, neque alio modo fiat. Quoniam vero ea est Suae Sanctitatis mens, & voluntas, ut in Monasteriis, & Conventibus ad alendos Novitios praefinitis, regularis observantia perpetuo retineatur, mandat, & praecipit, ut in ipsis praescriptus jam personarum numerus in posterum fervetur, nullusque omnino Superior cujusvis conditionis personarum, & Novitiorum, numerum augere praesumat, ea poena proposita, ut in omnibus privatus officii, vocis activae, & passivae jus omne amittat. Vult denique Sanctitas Sua, hujusmodi facultatem per Congregationem Reformationis Apost. hoc Decreto Secretarii manu subscripto concedi, non obstante Decreto, ut supra promulgato.

Datum